

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 29

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [3. Drittel des 9. Jh.]

Evangelienlesung nach Iohannes; beatus Gregorius papa: Homilie zu der
Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-20440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-20440)

quidō ministravit in ecclesia. Aliqui
 permanent. Aliqui cadunt. Qui per
 manent assumuntur. qui cadunt
 relinquuntur. Ergo unus adsu
 mētur. Et unus relinquetur. Non
 quasi de duobus hominibus dictum.
 sed de duobus generibus affectionum.
 In singulis generibus trium professio
 nam. In illa nocte ergo dixit. In illa
 tribulatione. Ad ipsa tria genera
 quae adsumuntur. Arbitror pertine
 re. Etiam tria illa nomina uirorum
 scōrum. Quos solos liberandos. hic
 zachiel propheta denuntiat. Noe.
 danihel. & iob. Uidetur enim noe
 pertinere ad eos per quos ecclesia
 regitur. sicut per illum in aqua ar
 ca gubernata est. quae figuram gesta
 bat ecclesiae. Danihel autem
 quia elegit caelibem vitam. id est
 nuptias terrenas contempsit. ut
 sicut dicit apostolus. Sine sollici
 tudine uiueret cogitans quae sunt di
 genus eorum significat qui sunt in otio.
 Sed tamen fortissimi in temptati
 onibus. ut possint assumi. Job autem
 quia & uxorem habuit & filios. & am
 plas terrenarum rerum copias. ad
 illud genus pertinet. cui molendi
 nam deputatum est. sed tamen ut sint
 fortissimi in temptationibus sicut
 ille fuit. Non enim aliter assumi
 poterunt. Neque puto alia esse ge
 nera hominum quibus constat

aeclesia. Quam ista tria habentia
 binas differentias propter assump
 tionem & relictionem. Quamuis
 in singulis multae studiorum uo
 luntatumque diuersitates. ad con
 cordiam tamen unitatemque con
 currentes possint inueniri.

IT DEQ SVP LIC SCI IY SEC IOH.

In illo tempore. Miserunt iudaei
 ab hierosolimis. sacerdotes & leui
 tas ad iohannem. ut interrogarent
 eum tu quis es. et reliqua.

VIII OMELIA BEATI GREGORII PAPAE AD EADEM LECTIOHE.

Ex huius nobis lectionis uer
 bis fratres karissimi. iohannis
 humilitas commendatur.

Quicum tantae uirtutis esset. ut xpi
 credi potuisset. elegit solide subsis
 tere in se. Ne humane opinionone
 raperetur in aniter super se. Nam
 confessus est. & non negauit. confessus
 est. quia non sum ego xpi. Sed qui
 dixit. non sum. negauit. Negauit
 planae quod non erat. sed non negauit
 quod erat. Ut ueritatem loquens.
 eius membrum fieret. Cuius sibi no
 men fallaciter non usus pareret.

Cum ergo non uult appetere nomen
 xpi. factus est membrum xpi.
 Quia dum infirmitatem suam studuit
 humiliter agnoscere. illius celsitudi
 nem meruit ueraciter optinere.
 Sed cum & lectione alia redemptoris.

in elgea

nri sententia ad mentem reducitur .
Ex huius nobis lectionis uerbis . quae-
tio ualde in lexa generatur .
Alio quippe in loco . Inquisitus ad disci-
pulis dñs de aduentu heliae . respon-
dit . helias iam uenit . & non cogno-
uerunt eum . sed fecerunt in eo quae-
cumque uoluerunt . Et si uultis
scire . iohannes ipse est helias . Re-
quisitus autem iohannes dicit . non
sum helias . Quid est hoc fr̄s km̄ .
quia quod ueritas adfirmat . hoc pro-
pheta ueritatis negat . Valde nam-
que inter se diuersa sunt . ipse est .
& non sum . Quomodo ergo prophe-
ta ueritatis est . si eiusdem ueritatis
sermonibus concordans non est . sed si
subtiliter ueritas ipsa requiratur .
hoc quod inter se contrarium sonuit .
quomodo contrarium non sit inueni-
tur . Ad zachariam namque de
iohannis promissione angelus dicit .
Ipse precedet ante illum in sp̄u & uirtu-
te heliae . Quid circo uenturus in
sp̄u & uirtute heliae dicitur . quia
sicut helias secundum dñi aduentum
praecurset . Ita iohannes praecurset
primum . Sicut ille praecursor
uenturus est iudicis . Ita iste prae-
cursor factus est redemptoris .
Iohannes igitur in sp̄u helias erat . in
persona helias non erat . Quod ergo
dñs fatetur de sp̄u . hoc iohannes
denegat de persona . Quia & iustum

sic erat . ut & discipulis dñs . spirita-
lem de iohanne sententiam diceret .
& iohannes istem turbis carnalibus .
non de suo sp̄u . sed de corpore responde-
ret . Contrarium ergo ueritati uide-
tur esse . quod iohannes sonuit . sed ta-
men a ueritatis tramite non recessit .
Qui cum se & iam propheta negauit .
quia uidelicet . non solum poterat rede-
ptorem predicare . sed & iam demon-
strare . Quis nam sit continuo & primiti-
dam subiungit . Ego uox clamantis
in deserto . Scitis fratres km̄ . quia
unigenitus filius uerbum patris co-
eatur . iohanne attestante qui ait .
In principio . erat uerbum . et uerbum
erat apud dñm . & dñs erat uerbum .
Ex ipsa uestra locutione cognoscitis .
quia prius uox sonat . ut uerbum post-
modum possit audiri . Iohannes
uocem se esse asserit . quia uerbum
praecedit . Aduentum itaque domi-
ni cum praecurrens uox dicitur . quia
per eius ministerium . patris uerbum
ab hominibus auditur . Qui & iam in
deserto clamat . Quia derelictae ac
desertitae iudaeae . solatium redemp-
toris adnantiat . Quid autem clamet
in sinu . cum subiungit . Dirigite
uiam dñi . sicut dixit . et uas propheta .
Uia dñi ad eor̄ dirigitur . cum uenta-
tis sermo humiliter auditur . Uia
dñi ad eor̄ dirigitur . Cum ad prae-
ceptum uitae preparatur . Vnde

scriptum est .7. Siquis diligit me
sermonem meum seruabit . & pater
meus diliget eum . Et ad eum uenie
mus & mansionem apud eum faciemus .
Quisquis ergo in superbiam mentem ele
uat . Quisquis auaritia aestibus an
helat . Quisquis se luxuria inquina
tionibus polluit . Cordis ostium
contra ueritatem claudit . Et ne ad se
dn̄s ueniat . claustra animi serisurtio
rum damnat .7. Sed adhuc qui missi
sunt per cunctantur .7. Quid ergo
baptizat . si tu non es helias . neque
xps . neque propheta .7. Quod quia
non studio cognoscendae ueritatis .
sed malitia exercendae aemulatio
nis dicitur . Euangelista tacite in
notuit . Qui subiun^sit dicens .7. Et
qui missi fuerant erant & pharisaeis .7.
Ac si aperte dicat . Illi iohannem de suis
actibus requirunt . quid doctrinam
nesciunt quaerere sed inuidere .7.
Sed sc̄s quisque cum per uersa mente
requiritur . de bonitatis suae studio
non mutatur .7. Unde iohannes
quoque ad uerba inuidiae . predicam
ta respondit uitae .7. Nam pro
nus adiungit .7. Ego baptizo in aqua .
medius autem uestrum st̄t^m quem
uos nescitis .7. Iohannes non sp̄u
sed aqua baptizat . quia peccata sol
uere non ualent . baptizatorum cor
pora per aquam lauat . sed mentem
per ueniam non lauat .7. Cur ergo

baptizat qui peccata per baptismū
non relaxat . Nisi ut praecursionis
suae ordinem seruans . Qui nascitu
rum nascendo praueuerat . bap
tizaturum quoque dnm̄ baptizando
praueuieret .7. Et qui praedicando
factus est praecursor xpi . baptizan
do etiam praecursor eius fieret . imita
tione sacramenti .7. Qui inter haec
mysterium nostri redemptoris adnun
tians . Hunc in medio hominum
& stetit se asserit & nesciri .7. Quia per
carnem dñs apparet . & uisibilis & sti
t corpore . & inuisibilis maiestate .
De quo & iam subdit . Qui post me
uenit ante me factus est .7. Sic namq;
dicitur ante me factus . Ac si dicatur
ante me positus .7. Post me ergo uenit .
quia post modum natus . Ante autem
factus est . quia mihi praelatus .7.
Sed haec paulo superius dicens . etiam
praelationis eius causas aperuit . cum
subiunxit . qui prior me erat . Ac
si aperte dicat .7. Inde me & iam post
natus superat . Quocumq; natiuitatis
suae tempora non angustant . Na
qui per matrem in tempore nascitur .
sine matre & patre generatur .
Cui quanta reuerentiae humilitatem
debeat subdendo manifestat .7.
Cuius non sum dignus soluere cor
rigiam caluamenti .7. Mos apud
uideres fuit . Ut si quis eam quae sibi
conp̄er̄et accipere uxorem nollet .

illi calciamentum solueret. quia ad
hanc sponsus iure propinquitatis
ueniret. **Q**uid igitur inter homi-
nes xps. nisi scie ecclesie sponsus
apparuit. De quo & isem iohannes
dicit. qui habet sponsam sponsus est.
Sed quia iohannem homines xpm esse
putauerunt. quod isdem iohannes
negat. recte se indignum esse ad sol-
uendam corrigiam calciamenti de-
nuntiat. **A**c si aper te dicat.
Ego redemptoris uestigia denudare
non ualeo. quia sponsi nomen mihi
in merito non usurpo. **Q**uod tamen
intellegi & aliter potest. **Q**uis enim
nesciat. quod calciamenta & mortuis
animalibus fiunt. **I**ncarnatus
uero dñs ueniens quasi calcatus ap-
paruit. qui in diuinitate sua mor-
tucinam nostrae corruptionis adsup-
sit. **V**nde & iam per ph&am dicit.
In idumeam & tendam calciamentum
meum. **P**er idumeam quippe
gentilitas. per calciamentum uero
adsumpta mortalitas designatur.
In idumeam ergo dñs calciamentum
suam se extendere assentit. **Q**uia dñs
per carnem gentibus innotuit.
quasi calciata ad nos diuinitas uenit.
Sed huius incarnationis mysterium
humanus oculus penetrare non suffi-
cit. **I**nuestigari nullatenas potest.
Quomodo corporatur uerbum. **Q**uo-
modo summus & uiuificator sps.

intra uterum matris animatur.
Quomodo is qui initium non habet ex-
stitit & concipitur. **C**orrigia ergo
calciamenti est. causa nostris sensib;
obligata mysterii. **I**ohannes itaq;
soluere corrigiam calciamenti eius
non ualeat. **Q**uia incarnationis eius
mysterium. nec ipse inuestigare
sufficit. qui hoc per proph&ie
spm agnouit. **Q**uid ergo dicere.
non sum dignus soluere corrigiam
calciamenti eius. **N**isi aperte
& humiliter. suam ignorantiam pro-
fiteri. **A**c si patienter dicat.
Quid mirum. si mihi ille praelatus est.
quem post me quidem natum confi-
dero. sed natiuitatis eius mysterium
non adprehendo. **E**cce iohannes
proph&ie spu impletus. mira sci-
entia emicat. **E**t tamen illud dese-
insinuat quod ignorat.
Quam re pensandum nobis est. fratres
kmi. **E**t tota intentione cogitandum.
quomodo sci uiri. ut humilitatis inse-
uitutem custodiant. **C**um quaedam
mirabiliter sciunt. **I**llud ante
mentis oculos student reuocare
quod nesciunt. **U**t dum & parte
alice infirmitatem suam confide-
rant. ex ea parte qua perfectus est
eorum se animus non extollat.
Scientia & enim uirtus est. **h**umi-
litas & iam custos uirtus.
Restat ergo ut in omne quod scit.

se mens deprimat. ne quod uirtus
scientiae congregat. uentus elatio
nis tollat. Cum bona frangitis.
semper ad memoriam mala acta
reuocate. Ut dum caute culpa
conspicitur. Numquam de bono
opere incaute animus laetetur.

Superiores inuicem eos maxime
qui uobis commissi non sunt.

Proximos uestros ad tendite. quia
& quos agere aliqua praua conspi
citis. quae in eis lateant bona nes
citis. Magnus ergo esse unus
quisque studeat. sed tamen aliquo
modo esse senesciat. Nedum
sibi magnitudinem arroganter
tribuit amittat. Hinc etenim
propheta dicit. Uae qui sapientes
estis in oculis uestris. et coram uobis
metipsis prudentes. Hinc pau
lus ait. Nolite esse prudentes
apud uos & ipsos. Hinc con
tra superbientem saul dicitur.

Cum esses paruulus in oculis tuis.
caput in tribubus israhel factus es.

Ac si aper te diceretur. Cum tu
te paruulum conspiceres. ego te
praecederis magnum feci.

Quia uero tu te magnum conspicias.
ame paruus aestimaris.

Quo contra cum dauid regni sui po
tentiam coram arcadni saltando
despiceret dixit. Ludam & uilior
fiam plus quam factus sum. Et

20
ero humilis in oculis meis. Quem
enim non extolleret ora leonum
frangere. Urforum brachia dissi
parae. despectis prioribus fratribus
eligi. Reprobato rege ad regni gu
bernacula ungi. Timendum
cunctis uno lapide goliam sternere.

arege proposita & tinctis allophi
lis numerosa praepudia reporta
re. Regnum & promissione
percipere. cunctumque israheliticum
populum. sine ulla postmodum con
tradictione possidere. Et tamen
incunctis se despiciat. Qui in suis oculis
se esse humilem confiteatur. Si uigi
tur sci uiri & iam cum fortia agunt
desem & ipsis uilia sentiunt. Quid
in sua & excusatione dicitur sunt. qui si
ne opere uirtutis intumescunt.

Sed & si quae libet adsint opera. nulla
sunt. nisi & humilitate condiantur.

Miranda quippe actio cum elatione.
non eleuat sed grauat. Qui enim sine
humilitate uirtutes congregat. inuen
to puluerem portat. Et unde ali
quid ferre cernitur. Inde deterius
caecatur. Incunctis ergo quae agi
tis fratres mei. radicem boni operis
humilitatem tenete. Nec quibus
iam superiores. sed quibus adhuc
inferiores estis aspiciate. Ut dum
meliora uobis exempla proponitis.
ad maiora semper ascendere
ex humilitate ualeatis amen.